



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

4. Contra quem & super quibus Rescriptum impetrari possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

precibus imp. offeren. III. Falsus aut revocatus procurator, *c. Ex parte 33 h. t.* IV. Hæreticus, *l. 2. c. de summa Trinitate Gloss. in c. Super litteris h. t.* Laicus pro se impetrare litteras gratiæ non potest, cum sit incapax beneficiorum, *c. Ex litteris 6. inf. de transact. c. 2. & ibi DD. inf. de instit.* Ideoque mandata vel nominationes ab eo impetratæ non valent. Rebuff. in *Tract. Nomina. q. 9.* Justitiæ verò impetrare potest, ut patet ex *tit. inf. De officio delegati. c. Nonnulli 28. §. fin. h. t.* Hostien. in *Summa h. t. §. Quis impetrare* Rebuff. in *Prax. Benef. Tit. Differentia inter rescripta gratiæ & justitiæ.*

3. Sic nec litteras ad hres impetrare licet, sine speciali mandato; & taliter impetrans tamquam falsarius punitur, *c. ex parte Decani. 33. d. c. Nonnulli in fine. & ibi dem. Gloss. h. t.* ubi dicit, tale rescriptum esse annullandum per exceptionem, quia, parte non contradicente valeret: sicut & si impetretur à coniuncta persona, carnali scilicet, non etiam spirituali tantum conjunctione, *Gloss. in c. cum M. de consuet. ubi vide Felin. nu. 11.* In Fraeicia tamen passim sine mandato impetrari talia rescripta tradit, Rebuff. in *Tract. concordat. in V. Speciale vers. Vigessimus sextus*, ubi restatur de consuetudine.

4. At verò rescriptum gratiosum potest sine mādato impetrari, *c. Ex ore. ubi Abbas inf. De his qua sunt à maiore parte capituli. Gloss. in d. c. Nonnulli §. sunt. & alij. c. Quam sit & ibi Gloss. in V. peccare de elect. in 6. Panor. in c. Ad aures 8. post Gloss. in fine h. t. ut v. g. beneficiorum, privilegiorum, immunitatum. De stylo tamen & praxi Romanæ Curia nullum exigi mandatum ad impetrandum rescriptum, si ve gratiæ si ve justitiæ, tradit & rationem reddit Gonza ad *Regul. VIII. Cancell. Gloss. 63. n. 16 & seq.* Ubicumque autem prohibetur quis impetrare rescriptum, si impetret non valet: si ve prohibetur ratione personæ suæ, ut excommunicatus, hæreticus, si ve ob turpitudinem causæ finalis ut in nuptijs ex rescripto petitis; si ve quia res impetrata sit à lege prohibita, veluti ut quis duas mulieres obtineat,*

§. IV.

Contra quem & super quibus Rescriptum impetrari possit?

1. Impetrari potest contra quemlibet.
2. Etiam non citatum.
3. Super causis quibuslibet.

1. Impetrari potest contra quemlibet, si ve Clericum si ve Laicum, si ve majorem si ve minorem modò, is, contra quem impetratur, subdit jurisdictioni concedentis, Hostien. *hoc tit. §. contra quem.* Si tamen minores & viliores personæ in rescripto exprimantur, non intelliguntur majores & digniores; nec super majoribus & gravioribus negotijs audiuntur, qui de minoribus dumtaxat mentionem fecerunt, etiam si adsit clausula, *Et quidem alij. & res alia. c. Sedes. eod.* Impetrari etiam potest contra impetrare prohibitum, veluti contra excommunicatum, nec ex malitia sua lucrum & commodum referat, *c. intellectus inf. de judicijs.*

2. Citatio veto ejus, contra quem impetratur, ad impetrationem non requiritur, sed bene in rescripti approbatione, si approbationem seu interminationem; ut vocant, requirat. Rebuffus *d. loco n. 42.*

3. Impetrari autem potest super omnibus, tam spiritualibus quam profanis, *c. 2. & per tot. h. t.* tā corporalibus, quam incorporalibus. *Quarelam 24. inf. de electione. c. dispendia h. t. in 6.* Super Ecclesijs & beneficijs, *c. 2. & alij. h. t.* sic tamen ut Papa & Ecclesiastici viri super spiritualibus, sæculares verò super temporalibus rebus, & in quibus casibus Judices sæculares de spiritualibus cognoscunt; ut in possessorio, rescripta concedant Rebuffus *d. loco n. 66.* Casus vero, super quibus prohibetur à jure rescriptum impetrari, videantur apud Lue. de Penna in *l. unie. Cod. de pistor. lib. 11.*

§. V.

E pluribus Rescriptis impetratis, quodnam sit præferendum?

1. Qualiter posterius Rescriptum præferatur priori.
2. Speciale posterius derogat priori generali.
3. Generale posterius non tollit primum speciale.
4. Cur per posterius revocetur prius.

1. Si duo diversi ad unum idemque beneficium Rescriptum impetrent; vel etiam ad unam eandemque litem diversa Rescripta ad diversos Judices posterius priori præferatur, si modo prioris mentionem faciat: aliàs valebit prius, & posterius subreptitium habebitur. nec obtinebit alterius roboris firmitatem, *c. Ceterum h. t.* Nisi primum fuerit impetratum communi